

# Beiband 2

## H.1 S. 9

1101 (?). Grona.

[12]

Adelbert, Erzbischof von Mainz, bestätigt einen Kaufvertrag, wonach Graf Dede von Zygenberch gegen 8 Mark Silber dem Kloster Helmmarshausen Güter in Göttingen überträgt.

(C.) ~~X~~ In nomine sancte et individue Trinitatis. Adelbertus Mogontine sedis archiepiscopus. ~~X~~ Quoniam universis ecclesiis et monasteriis in nostro archiepiscopatu constitutis debito karitatis affectu, quantum possumus, consulere et providere tenemur et eorum iustis et honestis precibus non contraire, pro devota peticione dilectorum in Christo filiorum Thettmari abbatis et fratrum Helwardensis cenobii sub impressione sigilli nostri scripto commendari iussimus, qualiter fidelis amicus noster comes Dede de Zygenberch et uxoris eius Helmburga nomine sue proprietatis unum mansum in Guthingen ab eisdem quondam prefato cenobio pro octo marciis argenti temporibus predicti abbatis impignoratum, tandem acceptis rursus aliis octo marciis argenti ab illo abate et monasterio consentientibus heredibus eorum Hermanno videlicet ac Sigebodone iam sepe dicto cenobio Helwardeshusen scilicet in proprietatem tradiderunt in kastello, quod dicitur Burégrona, comite Hermanno ibidem in comitali iudicio presidente et vendicionem sive tradicionem istam regio banno sententialiter confirmante. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>, Indictione VIII; Presentibus comite Burchardo de Insula, Beroldo milite de Wiebike, Ymicone de Ballenhusen, Ordimaro de Bodenhusen, Thitdymo de Hollenstide, Hermanno et aliis multis. In quorum etiam presencia in eodem loco et in eodem die factum illud banno beati Petri, principis apostolorum, et nostro indissolubiliter ligavimus, ita ut nulla persona traditionem istam rationabilem in futuro irritare presumat, sciens se, si hoc attemptaverit, eternaliter igne inextingibili cruciandum.

Orig. Siegel ab.

Druck nach einer Abschrift bei Strund, Not. crit. ad Schaten W. II-B. I, Cod. Nr. 172, S. 134 f; (vergl. das Reg. Nr. 1302, S. 213) mit einigen Un-  
genauigkeiten und ohne die Zeugen. Diese bei Pfaff S. 13 (nach Overham); das  
zur Datierung.

Die Indiction VIII ist unrichtig, muß IX sein.